


CRETA, quæ nunc Candia dicitur, insula est maris Mediterranei, Cypro maior, sed Sicilia & Sardinia minor, licet nobilitate & fertilitate præstantissimis quibusque par. Est autem media quodam modo inter Europam, Asiam, & Africam. Creta olim ab habitatoribus Curetibus vocabatur, & per Syncopen Creta. alij Cretam dicunt appellari à Crete quodam Iouis & Idææ Nymphæ filio. alij à Crete Nympha Hesperidæ filia. alij à Crete rege vetustissimo. Sunt etiam qui si ciosum magis quàm eruditum adferunt etymon, dum Cretam à montibus seu fossis cretaceis aiunt appellari, atque idcirco etiam nonnullis ab albedine seu candore Candiam appellari. Dicta etiam à multis olim fuit Aeria, Macaronesos, & Hecatompolis à centum urbibus, quarum quidè quadraginta circiter Plinij ætas nouit. Exasperatur hæc insula montibus, Ida maximè, qui mediæ insulæ altissimus imminet. pedem eius oppidis circum coronæ instar ambientibus, è cuius summo vertice mare faciliè conspicitur, vtrumque insulæ latus alluens. reliqui montes primarij sunt Leuci, nunc de Marara vocati, alias la Spachia appellantur: & Dicta qui nominatur Sethia, quibusdam locis Lasti: qui quidem montes adeo celi sunt, vt nix tota hyeme eos operiat, tametsi Cupressi hinc inde inter saxa conuallium nascantur. Et quoniam ad eò frequentes in easunt montes, rara sunt isthic campeltria, itaque multa sunt loca inculta, quæ tamen non minore censum adferunt dominis quàm fertile solum, quoniam pecudes vberes pastiones isthic eueniunt. Isthic magnos greges alunt Striphoceri arietum & caprarum, qui illis ex caseis & lana quotannis magnam pecuniæ vim reddunt. Abundat præterea insula hæc vitibus, oleis, malis punicis & ziphis. ficis, alijsque fructiferis arboribus, inter quas vastæ magnitudinis aureæ mali, Citria & Adami poma, quæ ferunt, è quorum fructibus succus exprimitur, eoque dolia implentur, quæ Constantinopolim & in alias Turcæ subiectas prouincias feruntur: siquidem eo succo plurimum in cibus Turcæ vtuntur. In primis verò illud generosum vinum sola hæc insula producit, vulgò Maluaticum, olimque Pramniium vocatum. quod in plurimos Europæ locos diuchitur, atque longa vectura maiorem acquirit præstantiam. Profert grana quibus panni colore rubo intinguntur. cuius census ingens est item mel, ceram caseum quæ omnia exteris longè meliora sunt. Laudanum profert copiosè hæc insula, quod intolerabili labore ex arbustula Cisto, qua huius regionis montes vestiuntur, colligitur, quod quidem exprimijs medicamentis est nostra suffumigia, siue odoratos pastillos ingredijs. Isthic etiam nascitur medicinalis herba quæ Dictamnus vel Dictamum dicitur, soli Cretæ peculiaris & quædam alia herba Halimò vocata, quæ quidem admorsa diurnam famem prohibet, præter innumeras alias herbas medicinales, quæ in montibus copiosè leguntur. Lupum, vulpem, nullum uè aliud noxium animal Creta habet, nec serpentem: quam ob causam magna cum securitate greges in aruis pasci solent, præcipue Striphoceri (trictum genus) qui erecta cornua gestant. Piscem habet Creta in littoribus admodum frequentem, muli barbati magnitudine. alijs regionibus valde rarum, qui Scarus nominatur, cuius veteres scriptores meminerunt. & apud Romanos olim in delicijs fuit, primarium locum inter reliquos pisces faciliè obtinens. Nullum in tota hac insula fluium nauigabilem esse affirmat Bellonius, aut qui paruam solum nauiculam ferre possit inueniuntur tamen multi magni riui, in quibus sponte & sine cultura colucaha crecicit, atque fluuiatiles cancri inueniuntur, quorum etiam fluentiu riuorum commoditas, aerisque temperies occasionem præbent incolis cultissimos hortos.

SEPTENTRIO

CRETA IOVIS MAGNI MEDIO IACET INSVLA PONTO.

CRETICVM MARE



LIBYCVM MARE



Scala miliarium Italicorum



MERIDIES

CANDIA, QVE ET CRETA,
preter Siciliam ac Sardiniam insulam
in mari Mediterraneo maxima; alicu-
ate ac fertilitate ne illis quidem cedens.
rerum nauicularu periculosa. Tene torum
hodie imperio subiecta. Locis semper astuta
cauta et calliditate potentis pro dicit, de pra-
caeteris in regione ac civitate maximam illud elegit
aliquando, sed meruerit.
Kpntv aia fctvra, xvntv dntvra, fctvra fctvra.

hortos instruendi, & elegantia vineta, eaque magna quantitate, quae ipsi magnum esse
 sum adferunt Præterea Labyrinthum quod nunc in Creta conspicitur ad radices montis
 Idæ, eum non esse asserit Bellonius, cuius veteres meminerunt, quem tamen omnes
 Cræta incolæ adulterino Labyrinthi nomine demonstrare cognoscunt. Namque in
 Latomia fuit solidi admodum & elegantis saxi, è qua lapides diuersis locis exempti sunt,
 cum Gortina & Gnosi urbium ædificia extruerentur. Insignes in hac insula urbes
 olim fuere Cortina siue Gortyna, Cydonia, Gnossus seu Gnosus Minois regia &
 Strabonis Geographi patria Hodie vero omnes huius insulæ ciuitates in quatuor tantum
 redactæ sunt, populosa sars, & quatuor sub se habentes territoria, in quibus tota
 partita est insula suntque omnes sitæ in Boreali littore. Prima est Sittia seu Cytia, olim
 Cyteum, versus Ortum exposita, quæ pusillum nunc est oppidum, populosum
 tamen, & quartum Cræta propugnaculum. Secunda est Candia, olim Matium, quæ
 prima, & metropolis est, & munitissima, à qua insula nomen inditum. Tertia est
 Rhetymum, olim Rytinna dicta Quarta & vltima est Canea à parte Occidentis, quæ
 & ipsa munita est, & amplitudine sua Candia succedit, olim Cydon vocabatur. à qua
 Cotoneæ mala Cydonia dicta. Sunt præterea quindecim oppida his quatuor princi-
 palibus urbibus subiecta, nam in Cananeæ territorio sunt oppida vulgo: Apocorno,
 Chissamo, Selino, S. Nichita, & Sphaia, in quo quidem territorio sunt 240 quos vulgo
 Casales dicunt, & 14 paræcia Latinæ, inter quas est D. Maria, vbi residet Episcopus,
 & 33 paræcia Græcæ. Cylamum oppidum omnino ferè dirutum est, cuius tamè
 veteres muri adhuc integri permanent, estque humili loco situm, non procul à litore
 vbi Aegæum mare ad Septentrionem prospectat. Selino castellum est in colle situm,
 Spachia oppidum muris non percinctum, arcem habet aduersus pyratas per fugij causa
 extructam in qua præfecto vix comoda est habitatio. Rhetimi territorium ha-
 bet Miopotamo oppidum, & Casales continet 265. in quibus Ecclesiæ sunt Latine octo,
 & Græcæ 36 Candiæ territorium habet oppida sub se Maluisin, Themene, Castelnouo,
 Priotissa, Bonifacio, Beluodere, Padiada, & Mirabello, Casales habet 465 Eccle-
 sias Latinas 22. inter quas vna est Archiepiscopalis sedes, & paræcias Græcas 77
 Sythiæ territorium habet oppidum Gerapetra & Casales 74 Ecclesias Latinas 6. inter
 quas D. Marci est residentia Episcopi: & Ecclesias Græcas 11. Gerapetra oppidum pu-
 to esse Voulismeni castrum olim Panormus, quod adhuc integrum est,
 interque Cythiam & Candiam ad litus maris in edito situm,
 ad cuius latus sinistrum horrenda est
 Maris vorego.

